



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Lvcen. Episcopo, Abbat de Melon. & Petro Iohanni Archidiac. Astoricen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

L V C E N. E P I S C O P O ,
Abbati de Melon. & Petro Johanni
Archidiac. Astoricen.

Epiſt. 60.
Super causas
cognitione quae
inter Aurien.
Episcopum &
Abbatem Cel-
la novæ verti-
tur, quem dice-
bat fisi lege
diocesana sub-
iectum.

CVM dilecti filij F. Aurien. Decanus nuncius venerabilis fratri nostri Aurien. Episcopi, & magister Robertus monachus Cellæ novæ & Abbatis sui nuncius, ad sedem apostolicam accessiſſent, nos eis dilectum filium P. sanctæ Mariæ in via lata diacon. Card. conceſſimus auditorem: coram quo fuit ex Episcopi parte propositum, quod cùm idem Episcopus Abbatem sibi lege diocesana ſubiectum vocasset ad synodum, ipſe non ſolum non accessit ad ipſum, immo etiam sancti Petri & sanctæ Columbae Prioribus & Archipresbytero Cauci in Aurien, dioceſi conſtitutis prohibuit, ne ad ipſius Episcopi synodum accedere attarent, licet etiam vocarentur. Cùmque dictus Episcopus, ut ſaltem humiliter Abbatem ad bonum obedientia revocaret, & vinceret in bono malum, ipſi mandafſet ut eum ad ſtatutum terminum in monaſterio expeſtaret, licet Episcopus illuc, juxta qnod promiſerat, accessiſſet, Abbatem non reperit, & portas monaſterij clauſas invenit, nec ad monachos ei aditus eſt confeſſus. propter quod Abbatem fulpendit, & monaſterium interdixit. Verū cùm nec propter hoc Abbas ipſe à ſuo contumacia proposito refliret, nec latas in ſe ac monaſterium ſententias obſervaret, in eum excommunicationis ſententiam promulgavit, quam dictus Episcopi nuncius à nobis petiit conſirmari. Ceterū nuncius partis adverſæ petitio- nem ejus non eſſe admittendam propoſuit: quia licet monaſterium ipſum infra metas Aurien. dioceſis fit conſtructum, liberum tamen ſemper extitit, & ab omni jurisdictione a jugo Aurien. Eccleſiæ à tempore ſuæ fundationis exemptum. Præterea ſi Episcopus aliquam in eo (quod verum non erat) jurisdictionem haberet, quia tamen Abbas ab omni gravamine prius ad ſedem apostolicam appellarat, ſententiam in eum & monaſterium poſtmodum latam, nullam idem nuncius obtinere afferuit firmitatem. Conqueſtus eſt etiam idem nuncius ex parte Capituli Cellæ novæ, quod dictus Episcopus Abbatem eorum adeo circumvenit, quod contra immunitatem ipſius Eccleſiæ ipſis nefcientibus ei obe-

dientiam repremisit. Nos igitur ſuper prædictis per memoratum Cardinalem instruēti, quia cauſa ipſa in noſtra non poterat præſentia terminari, utpote cùm nuntius monaſterij ſuper procuratione vel ratihabitione literas non haberet, eam veſtro duximus examini commit- tendam; diſcretioni veſtræ per apostoli- ca ſcripta mandantes, quatenus ſi vobis conſtituerit Abbatem ipſum ad ſedem apostolicam ſuper hoc antè quam Epis- copus in eum ſuſpensionis vel excom- municationis & in monaſterium inter- dicti ſententias tulerit, legitimè appellaſſe, vel monaſterium eſſe à jurisdictione ipſius Aurien. exemptum, eo non ob- obſtantे quod Abbas ab Episcopo (ſi- cut dicitur) circumventus, præter fra- trum fuorū affeſſum ei obedientiam repremisit, cùm frauſ & dolus ei patro- cinari non debeant, ſententias illas judi- cetis appellatione remota penitus non tenere: alioquin faciatis eas per censu- ram eccliaſticiam inviolabiliter uſque ad faſiſfactionem congruam obſervari. Quod ſi forſan Abbas ipſe in exemptionis probatione defecerit, nec legitima ſe poterit præſcriptione tueri, licet probet ſe ante prædictas ſententias appellaſſe, nihilominus tamen monaſterium ipſum Aurien. iudicetis Eccleſiæ ſubjace- re, in cuius dioceſi eſt fundatum. Simi- liter eo in appellationis probatione deſi- ciente, ſi vobis de exemptione vel legi- tima præſcriptione conſtituerit, tam Ab- batem quam monaſterium ab ejusdem Episcopi & Eccleſiæ ipſius ſuper hoc impetitione penitus abſolvatis, & facia- tis quod decreveritis per censuram eccliaſticiam inviolabiliter obſervari, in mandato apostolico ſubl. appellationis obſtaculo procedentes. Quod ſi omnes &c. Datum Lateran. vii. Kalend. Apri- lis.

SENONEN. ARCHIEPISCOPO.

QUANTO excellentius personam tuam ſpeciali prærogativa meritorum & ſacrarum ſcripturarum intel- ligentia divina bonitas illustravit, tan- to efficiens in hiſ que honestatem ſeu æquitatem continent, tibi favorem apo- ſtolicum volumiſ ſe impertiri, & te in ju- ſtis petitionibus exaudire. Ex continen- tia ſiquidem literarum tuarum, quas audita promotione noſtra per nuntium ipſius nobis dirigere festinaſti, apoſto-

Epiſt. 61.
De irritatione
cuſuſlam in-
dulgiſſia, quam
Episcopus Car-
nonen. à Do-
mino Celeſti-
no in ipſius Ar-
chiepifcopi
præjudicium
imperrat.

Vide inſtrā lib.
z. epift. 60. &
Tertiā Col-
leſt. lib. 1. Tit.
IV. cap. 1.

E